

# THESES

EX VNIVERSA  
PHILOSOPHIA.

QVAS

SVB AVSTICIIS

AVGVSTISSIMI ROMANORVM  
IMPERATORIS,  
HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ  
REGIS

# LEOPOLDI

## PRIMI,

ARCHIDVCIS AVSTRIÆ, &c.

In Alma Cæsarea Regiâq; Vniversitate  
Prageni,

*Pro suprema Philosophiæ Laurea publicè propugnandas suscepit*

Prænobilis ac Generosus

D. JOANNES PHILIPPUS JACOBUS BORMAN,

Austriacus Viennensis AA. LL. & Philosophiæ

Baccalaureus.

PRÆSIDE

R. P. GREGORIO KRAL, <sup>OO</sup> è SOCIET: IESV,

AA. LL. & Philosophiæ Doctore, ejusdémq; in eadem

Vniversitate Professore Ordinario.

Anno M. DC. LVIII, Mense

Die Horis

---

PRAGÆ, Typis Vniversitatis Carolo-Ferdinandæ, in Collegio  
Societ: IESV ad S. Clementem.

THESE

EXAMINATA

LEOPOLDO

IMP. AVSTRIACI

AUGUSTISSIMI ROMANORUM

IMPERATORIS

HUNGARIE ET BOHEMIE

ROSAE G. I. S. A.

LEOPOLDI

P. R. I. M. I.

ARCHIDUCIS AVSTRIAE, &c.

In Aulae Gallicae Regiae Universitatis  
Parisensis

per Joannem Valentinum, Secretarium Universitatis, legitime

Franciscae Germaniae

D. JOANNES THOMAS JACQUES BOSSUET

Præfatus

per Joannem

OTTOLE KRAL, SOCIET.

per Joannem Valentinum, Secretarium Universitatis, legitime

Franciscae Germaniae

D. JOANNES THOMAS JACQUES BOSSUET

Præfatus

per Joannem





LEOPOLDO

PRIMO,

INVICTISSIMO ET AVGVSTISSIMO

ROMANORVM

IMPERATORI.

HVNGARIÆ ET BOHEMIÆ

REGI,

ARCHIDVCI AVSTRIÆ, &c.



Laudit Aquila LEOPOL-  
DE Cæsar, dùmq; videt ef-  
figiem Tuam à CONSILIO  
& INDVSTRIA monstratam,  
agnoscit virtutum e&ypou,  
& indolem Imperio dignam;  
Solem suspicit, cujus ad radios acuat hebetem  
à diurno lu&tu oculorum aciem; Jovem  
suû

A 2

suû

suum adorat armigera; suum Te Cæsarem salutat Legionum & Ordinum Antesignana, Tuos ad nutus prorsus cerea, quia Ceras Tuas Augusto Nomine deinceps insigniet; veneratur Orbis Caput, & post geminas Regnorū tertiam Imperij Coronam imponit Regno- rVM & orbis DELICIO immortalis. Hæc Aquila semper Augusta; mea verò Philosophia, laurum Sapientiæ, triennali non manuū, sed mentis operâ, excultam, laurum Plinio teste, Cæsarem jantricem, ad felicitatis immortalitatem credo ducem, Tuis, pace sacerrimæ Majestatis Tuæ, advolvitur pedibus, substerniturq; Augustissimis gressibus, ut cum antiquo incorruptibilisq; victoriarum atq; triumphorum symbolo, quidquid Tua calcaverit Majestas, vireat felicitate nunquam interitura, & perennet æternitate sempiterna. Ita vovet.

SAC: CÆS: MAIEST:

*humillimus cliens*

IOANNES PHILIPPVS IACOBVS BORMAN,  
Austriacus Viennensis.

# THESES

EX VNIVERSA

## PHILOSOPHIA.

I.

**L**ogicam Scientiam esse affirmamus; quia est dux scientiarum. Est illis utilis, non necessaria.

II.

**D**irigit tres mentis operationes, tanquam objectum suum formale. Demonstratio cognoscibilitatem objecti, & vires nostri intellectus exæquat, atq; adeò dignitatē objecti Attributionis meretur.

III.

**D**efectus Vnitatis universalis non patitur Vniversale à parte rei existere. Intellectus illud conficit, dum rationem conveniendi à pluribus abstrahit.

IV.

**Q**uinque prædicabilia authoritas Aristotelis statuit: Genus, Speciem, Differentiam, Proprium & Accidens commune.

B

V. Ra.

V.

**R**atio entis cognosci potest absq; differentijs; ac proinde præscindi ab iisdem. Præcisum, de suis inferioribus eodem omnino modo dicimus prædicabile, atq; univocum.

V I.

**P**er idem esse res distinguntur, per quod constituuntur, non res verò per suū quoque non esse.

V I I.

**C**redimus, à fide edocti, distinctionem virtualement inter gradus Metaphysicos in divinis; alibi, ne luminis rationis contraria admittere videamur, solam formalem per intellectum agnoscimus.

V I I I.

**V**oces cum suis objectis neque connexionem causæ habent, neq; effectûs, neque aliam; neq; similitudinem specialem; unde virtute naturaliter significativâ carent, solûmq; ad placitum significant.

I X.

**S**uum principium, & se ipsas naturaliter indicant, cum sui producant speciem, & cum principio connexionem effectûs habeant.

X. Ve-

X.

**V**eritas formalis tum actui, tum objecto identificatur, siue quæstio procedat de mente creata, siue increata. nam utrobique alterutro præcisè sublato, perit essentia veritatis formalis.

X I.

**V**eritas inadæquate sita est in objecto. una alteram nullo modo excedit. Implicat ut idem actus suam cum falsitate partiatur. veritatem.

X I I.

**V**eritatem & falsitatem de futuris contingentibus posse dari determinatam, apparet in duabus propositionibus contradictorijs, à duobus simul, aut ab uno successivè prolatis; quandoquidem inter esse objectivum, & non esse, suspensio esse nequit.

X I I I.

**Q**uemadmodum repugnat transmutatio repræsentationis in actu, aut desinitio objecti pro tempore, quo jam existit, ita transmutationem, veritatis in falsitatem, & vicissim repugnare judicamus; quia alterutrum evenire oporteret.

X I V.

**R**elatio est ratio formalis, quæ unum respicit aliud. Omnis relatio fundamentum,

tum, rationem fundandi & terminum requirit;  
non tamen omnia intrinsecè.

X V.

**R**elatio in prædicamentalem & transcen-  
dentalem dividitur. In prædicamentali  
entitatem modalem fundamento, ratio-  
ni fundandi, & termino superadditam ut super-  
fluam reijcimus.

X V I.

**C**ommunis Relatio prædicamentalis in-  
trinsecè includit fundamentum, rationē  
fundandi, & terminum, cum, quocunq;  
ex his præcisè ablato, evanescat. Prætereà in-  
trinsecè requirit nihil.

X V I I.

**O**rdinaria Relatio transcendentalis solo  
fundamento & ratione fundandi con-  
tenta est, ab ipso fundamento remoto  
realiter indivisa.

X V I I I.

**S**yllogismus est ratio, in qua quibusdam  
positis, aliud quidpiam sequi necesse est, eò  
quòd hæc sint. Essentia syllogismi, præ-  
ter præmissas, conclusionem insuper exigit.

X I X.

**P**ræmissæ evidentes, evidenter propo-  
nunt objectum; neq; magis subest volun-  
tati



tati intellectûs, in exercenda conclusione evidente, quàm in exercenda præmissa evidente. Quapropter parem utrobiq; exercitij necessitatem habet.

X X.

**P**Ræmissæ probabiles contradictorium sibi exerceri omnino prohibent, atq; ad specië necessitant. sed cùm obscure objectum proponant; neq; periculum erroris prorsus elidant, exercitium conclusionis liberum permittunt.

X X I.

**C**onclusio formalis nititur præmissis objectivis, tanquam motivo probativo, illasq; repræsentat; id quod censemus per illativum *Ergo* probari.

X X II.

**T**Ria sunt principia intrinseca corporis naturalis in fieri: Privatio, Materia, & Forma; Corporis in factò esse duo: Materia & Forma.

X X III.

**M**ateria prima est primum subiectum formarum substantialium. ejus existentiam ex transmutatione substantiali defacto colligimus.

C

XXIV.

## XXIV.

**E**lementa non minùs ex materia componuntur, quàm mixta, nam in se se transmutant mixta, vicissimq; transmutantur. atq; ita materia prima ab iisdem distincta est.

## XXV.

**N**on sunt elementa formaliter in mixtis, ut subjectum formæ mixti. Non congruit subjecto naturali qualitates oppositas formæ propriæ exigere; exigunt verò elementa contrarias, tēperamento formæ mixti.

## XXVI.

**M**ateria prima per se ipsam formas recipit, non per potentiam distinctam. Nec apparet in potentia distincta substantiali major proportio ad formas; accidentalis minùs apta esse videtur.

## XXVII.

**M**ateria sublunaris differt specie à cœlesti. Non potest recipere formas cœlestes. Neq; convenit potentiam passivam naturalem extendere ultra vires effectivas agentis naturalis.

## XXVIII.

**I**mpotentiam materiæ existendi naturaliter sine omni forma substantiali suadere videtur

tur ratio incompleti, in hoc universo existen-  
tis.

X X I X.

**M**ateriam primam semel existentem du-  
rare perpetuò naturaliter putamus,  
quemadmodum Sol existens illuminat,  
idq; naturæ necessitate; neq; esse corruptibile.

X X X.

**F**orma substantialis, altera pars compositi  
subsequens compartem, defacto existit in  
plurimis cõpositis substantialibus, exem-  
plo hominis maximè declaratis:

X X X I.

**F**ormas partiales, uni totali subordinatas,  
superfluitatis vitium, non admittimus.  
Nobis sufficit anima una, quæ toto regnet  
sola in subjecto.

X X X I I.

**S**uperfluum quoq; esset duas formas dispa-  
ratas totales eidem subjecto tribuere, & si-  
stendum in numero tandem finito, pro-  
pter rationem, quæ valebat etiam pro prima:  
Eadem ratio excludit à simultaneitate subjecti  
formas disparatas diversæ rationis; atq; insu-  
per accedit, quòd generatio unius sit corruptio  
alterius, habeantq; diversæ formæ dispositio-  
nes oppositas.

C 2

XXXIII.

X X X I I I.

**U**Nio distinguitur ab extremis. Potentiâ naturali separatur ab illis, dum homo moritur. alibi idem fieri potest potentiâ absolutâ. Est Vnio entitas modalis.

X X X I V.

**N**atura est principium & causa motûs, & quietis ejus, in quo primò & per se & non ex accidenti inest; convenit tum materiæ primæ, tum formæ substantiali.

X X X V.

**A**rs est habitus practicus dirigens opus externum per præcepta non discussa scientificè. Forma artefacti constituitur per ubicationes ordinatas, & carentias partium superfluarum.

X X X V I.

**C**Ausa est principium influens in essentiâ rei Logicam, talem habent accidentia quoq; substantiæq; creatæ; non tamen personalitates divinæ.

X X X V I I.

**C**Ausa in actu primo remoto est ipsa entitas rei causativæ. Non includit actionē possibilem, sed solùm connotat. nec magis

gis

gis possibilitas actionis virtutem causativā termini constituit, quā sui ipsius.

X X X V I I I.

**C**ausæ creatæ ordinem transcendentalem habent ad suos effectus. Nec possunt esse indifferentes ad illorum possibilitatem, cum repugnet appetitum esse terminabilem ad malum essentialiter, & nullo modo bonum.

X X X I X.

**P**erfectius est absolutè posse producere omnes creaturas posibles, atq; ex vi productiva illarum, exigere possibilitatem earundem, quā posse conditionatè præcisè, deberèq; quasi expectare possibilitatem, ut possit absolutè; ideòq; perfectius est tribuere Deo ordinem transcendentalem, quā conditionatum.

X L.

**D**um libertate nostrā utimur, effectus accidentales causæ creatæ in nobis experimur. Neq; dubitare possumus, substantias complures à creaturis oriri.

X L I.

**D**eus ad omnes creaturarū operationes concurrat. Non est causa physica per se peccati. Neq; influit in illud à se determi-

D

natus.

natus. Voluntas concursum præparans creaturæ peccatrici est tantum permissiva, nullo modo positivè approbativa.

X L I I.

**S**Ine causa materiali sustentativa minùs aptè explicantur generationes. Causam formalem à forma non distinguimus.

X L I I I.

**F**Inis est, cujus gratiâ aliquid fit. Vis causativa illius est bonitas objectiva, quæ ad sui nos movet amorem, per cognitionem applicata. Causa exemplaris est, objectum cognitionis practicæ, quod artifex inspicit, dum operatur.

X L I V.

**N**on potest res existere, quin duret, & ubi cetur necessario. Estq; infallibilis utraq; consequentia: existit Petrus, ergo aliquando, ergo alicubi.

X L V.

**C**arentiæ sunt actu infinitæ categorematicè; cum sint creaturæ purè possibiles infinitæ. Possibile est, ut pari modo existant entitates.

X L V I.

**G**eneratio substantiæ fit tota simul; Augmentatio successionem admittit. Qualita-

litatis intensio novā partem requirit, habetq;  
gradus homogeneos.

X L V I I.

**C**Oeli existunt. illis observationes sapien-  
tūm incorruptibilitatē attribuunt, quam  
neq; nos violandam putamus.

X L V I I I.

**A**Nima est actus primus corporis organici  
potentiā vitā habentis. Inexistit tum ho-  
mini, tum brutis, tum plantis, pro varia  
perfectiōne suppositorum, diversa.

X L I X.

**I**Ntellectus humanus singularia atq; univer-  
salia cognoscit. Voluntas libertate prædita,  
meriti atq; demeriti est capax.

L.

**E**Ns passiones sibi vindicat: Vnum, Verū,  
Bonum. Existencias rerum à possibilitate  
earundem non distinguimus realiter.

A. M. D. G.



Univ. Bibl.  
München

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

Second block of faint, illegible text, appearing to be a paragraph.

Third block of faint, illegible text, appearing to be a paragraph.

Fourth block of faint, illegible text, appearing to be a paragraph.

Fifth block of faint, illegible text, appearing to be a paragraph.

A. M. D. G.

